AD CLARISSIMUM DOMINUM JOACHIMUM STEGEMANNUM Circinum Geometricum publicantem.

MUlta Mathematicûm, queîs menſurarier alta,
Lata, profunda, queunt, Organa turba dedit.
Aſt hæc exſuperat multum, STEGEMANNE, (probatus
CIRCINUS, ingenij fabrica docta, tuus.
Admiror, ſtupeo, nihil eſt limatius illo:
Delius invento ceſſerit ipſe tuo!
Experiere brevi, ſi mens non deviat, iſthæc
Machina quod multis emolumenta dabit.
Macte tuis, JOACHIME, bonis! nam quicquid adornas,
Non eſt inſubidum; ſed ſapit ingenium.

Joachimus Pancovius. p. l.

αἰ | ω

DUm nugas alius vendit, dum ludicra tractat
Degeneris pars maxima vulgi:
Dum venatur opes incertas alter, & alter
Congeſto miſer incubat auro:

Dumq;